



**COPIA DEL MANDATO, Y DE LA**

Sentencia pronunciada por Monseñor Auditor de la Reverenda Camara Apostolica, à favor del muy Ilustre Cabildo de la Iglesia Metropolitana de Zaragoza, contra el Ilustrissimo Señor Arçobispo de la misma Ciudad, en la Causa del Edicto publicado por su Ilustrissima à 4 de Julio de 1689.

**F**RANCISCVS BARBERINVVS PROTONOTARIUS  
Apostolicus utriusque Signaturæ SS. DD. N. Papæ Refe-  
reodarius, ac Curia Cavarum Cameræ Apostolicæ Ge-  
neralis Auditor, necnon Litterarum Apostolicarum Vni-  
versalis, & merus Executor, &c. VNIVERSIS, & Singu-  
lis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Präpositis, Decanis, Diaconis, Ar-  
chi diaconis, ceterisque Præsbyteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus  
publicis quibuscumque illique, vel illis, ad quos spectat, & spectabit,  
ac præsentes Litteræ nostræ pervenerint, Salutem in Domino semper  
nam, &c. NOVERITIS, quod lite, & causa coram Nobis, sive R. P. D.  
Locumtenente nostro infra scripto inter Reverendissimos Decanum, Ca-  
nonicos, & Capitulum Ecclesie Metropolitanae Cæsaraugustanae Actores  
**ex una**, & Illustrissimum, & Reverendissimum Archiepiscopum eius-  
dem Ecclesie Reum, conventum partibus ex altera vertentibus: proba-  
tis probandis, ac servatis servandis, tandem dictos D. Locumtenens cita-  
to prius, ac monito in partibus prædicto Illustrissimo, & Reverendissimo  
Archiepiscopo, & hic in Curia D. Francisco Iacobellio, dicti Reve-  
rendissimi Archiepiscopi Procuratore per Cursores Sanctissimi Domi-  
ni Nostri Papæ, ut moris est: viis videndis, & consideratis conside-  
randis, suam in scriptis definitivam Sententiam contra dictum Reve-  
rendissimum Archiepiscopum tulit, huiusmodi sub honore, videlicet:  
**CHRISTI NOMINE INVOCATO.** Pro Tribunal iudicantes, & so-  
lum Deum præ oculis habentes per hanc nostram definitivam Senten-  
tiam, quam de Iurisperitorum consilio in his scriptis ferimus in causa,  
& causis, quæ coram Nobis in prima, seu alia vèriori versa fuerunt, seu  
vertuntur instantijs iorer Reverendissimum Decanum, Canonicos, &  
Capitulum Ecclesie Metropolitanae Cæsaraugustanae Actores **ex una**, &  
Illustrissimum, & Reverendissimum Archiepiscopum eiusdem Ecclesie Reum  
conventum ex altera, de, & super executione, & observatione Cöstitutionis  
Apostolicæ Clementis Papæ Septimi, sub datum Romæ apud Sanctum  
Petrum Anno Incarnationis Domini millesimo quincentesimo trigesi-  
mo tertio, quarto Kalendas Ianuarij, quæ habetur in Bullario Cherbini,  
tom. I. la 39 in ordine, rebusque alijs, in actis latius deductis; Dicimus,  
declaramus, & definitivè sententiamus præfata Cöstitutione Clementis  
Septimi, ut supra contentâ fore, & esse exequendam, & inviolabiliter ob-  
servandam per dictum Reverendissimum Archiepiscopum, atque eius

Off-



Officiales, prout Nos per hanc nostram Sententiam illam observari volumus, & mandamus; & pro vero, & reali effectu illius exequitionis, & observationis Edictum ab eodem Reverendissimo Archiepiscopo, eiusque Officialibus publicatum sub die 4. Iulij 1689. seu, &c. quo prohibetur Rectoribus, Curatis, Beneficiatis, Capitulis sui Archiepiscopatus, ac quibuscumque Notariis, alijsve personis, ne sub excommunicatione maiori, alijsque penis Apostolicas Beneficiales, & alterius ejusdemque generis, etiam si essent in forma gratiosa executioni demandarent, nisi prius visitare, & examinatae fuerint per eius Vicarium Generalem, necnon Constitutiones Synodales, alteram nempe editam de anno 1515. seu, &c. ab Alfonso de Aragonia, alteram vero de anno 1656. seu, &c. a Ioanne Cebriano tunc Archiepiscopis Cæsar Augustæ in eodem Edicto countatas, seu renovatas, annullandum, irritandum, & lacerandum, seu annullandas, irritandas, & lacerandas fore, & esse, & a Libris Constitutionum Synodalium, & alibi, ubi tam Edictum predictum, quam Constitutiones Synodales antedictæ fuerit descripsum, ac annotatum, seu fuerint descriptæ, atque annotatae, delendum, cassandum, & abolendum, & seu delectadas, cassandas, & abolendas fore, & esse, prout idem Edictum, & prefatas Constitutiones Synodales annulamus, irritamus, cassamus, & aboleri mandamus, molestiones, inquietationes, & vexationes prefatis Decano, Canonicis, & Capitulo occasione hujusmodi Edicti, & Constitutionum Synodalium illatas, & inferni comminatas, illicitas, & indebitas, presumptas, & temerarias fuisse, & esse declaramus, ab illisque in posterum abstineri mandamus, firmis tamen, atque inserviendis omnibus omnibus, & negotiis dispositis, & contentis in Sacro Concilio Tridentino, prout de luce, perpetuumque silentium super premissis imponendum esse prefatio Reverendissimo Archiepiscopo, eiusve Officialibus, prout imponimus, & pro premissis in executione dictarum Literarum Mandatum de exequendo, delendo, & abolendo, & aliud quocumque desuper necessarium, & oportunum decernimus, & relaxamus, non solum premisso, sed omni &c. Volumus etiam, & mandamus, ut infra quindecim dies à die intimationis huius nostræ Sententiae, seu illius Instrumenti computando, quem terminum assignamus pro tribus Canonicis monitionibus, nempe quinq; dies pro singulo termino, debeant dictus Reverendissimus Archiepiscopus, & eius Officialis parturisse, & patere eidem Sententiae, & pro effectu partitionis per se ipsos, seu ipsorum Ministros abolevisse, & cancellasse, seu abolere, & cancellare supradictum Edictum, predictaque Constitutiones Synodales, atque a Libris Constitutionum, seu ab alijs quibuscumque, & ab omnibus Locis, ubi existunt, castare, & abrasare, seu cassare, & abradere, ita, ut de abolitione, cancellatione, cassatione, & abrasione exter publicus Actus, sub penis in predicta Bulla sancti mem. Clemencis VII. ac in nostro Monitorio contentis, ipso tacto incurriendis, ad quarum executionem, & declarationem, elapsò dicto termino, & non sequata partitione predicta deveniemus. Victoribus in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de luce in posterū reservamus. Et ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, & sententiamus, non solum ut supra, sed omni, &c. ITA PRONUNCIA-

VI EGO DOMINICVS TAVRVSIVS LOCVMTENENS, ET  
 IVDEX COMMISSARIUS. QVO CIRCA NOS pro executione  
 præinsertæ Sententiaæ, ex parte dicti Reverendissimi Capituli instanter,  
 & debitè requisiti, vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cui-  
 libet in solidum thenore præsentium committimus, & in virtute Sanctæ  
 Obedientiaæ strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim vñis, seu  
 receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti,  
 seu aliquis vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, imo verius Aposto-  
 lica autoritate præinsertam Sententiam, omniaque, & singula in ea cō-  
 tenta, & expressa prædicto Reverendissimo Archiepiscopo, eiusque Offi-  
 cialibus, & Ministris, ceterisque ad quos spectat, & spectabit, & in exe-  
 cutione præsentium nominandis, & cognominandis, INTIMETIS, in-  
 sinuetis, notificetis, ac ad eorum, & cuiuslibet ipsorum noticiam dedu-  
 catis, & deduci faciat, ut nos intimamus, inserviamus, notificamus, &c.  
 per præsentes, ne ignorantiam aliquam de præmissis pretendere, seu ale-  
 gare valeant, ac ad omnem meliorem finem, & effectū. Tibi vero Illus-  
 trissimo, & Reverendissimo Archiepiscopo, tuisque Officialibus, & Mi-  
 nistris cōmittimus & sub sententijs, censuris, & pœnis in præinserta Sen-  
 tentia contentis, & expressis expressè præcipimus, & mandamus, quate-  
 nus infra quindecim dies à die intimationis, & præsentationis prælen-  
 tum Litterarum, & Mandati tibi, tuisque p. c. iactis Ministris ut supra fa-  
 ciendę computandos, quorum quinque pro primo, quinque pro secundo,  
 & reliquos quinque dies, pro tertio, vltimo, & peremptorio termino, ac  
 tria monitione Canonica assignamus, & assignamus, & debeat, & debeat,  
 ac eorum quilibet debeat Edictum per te, tuoque Officialis sub die  
 quarta Iulij 1689. seu &c. ut supra publicatum, necnon prefatas Con-  
 stitutiones Synodales, alteram nempe editam de Anno 1515. & alteram  
 de Anno 1656. seu &c. & in prædicto Edicto enunciatas, seu renovatas,  
 ac per dictum D. Locumtenentem ut supra annullatum, & annullatas,  
 irritatum, & irritatas à Libris Cōstitutionum, seu ab alijs quibuscumque,  
 & ab omnibus Locis ubi existunt, cassasse, abolevisse, cancellasse, & abra-  
 sisce, ita ut de cancellatione, & abrasione huiusmodi fiat, & existat publi-  
 cus actus, sive cassari, & abradi fecisse, & mandasse, ac præinsertæ Sen-  
 tentiaæ, præsentibusque nostris Litteris, & Mandatis omnino paruisse, &  
 de partitione in actis intrascripti Notarij legitime docuisse. ALIOQVIN  
 NOS sive idem D. Locumtenens noster intrascriptus ad supradictatum  
 pœnarum incursus declarationem, & executionem omnino deveniemus,  
 sive deveniet, quibuscumque non obstantibus, &c. In quorum, &c. Da-  
 tum Romæ ex Ædibus nostris, hac die vigesima secunda Maij, 1690.  
 Dominicus Taurus Locumtenent Loco s. X gilli, Ioseph Maria Belletus,  
 Causarum Curie Camere Apudicula Notarius. Intimatio cum Mandato  
 de delendo vigore Sententiaæ.